

experientia, & Pindarica voce doctus, ἀπεροσίκτων ἐρώτων  
ὄξυτέρας εἶναι μανίας. Obuerfabaris enim noctes, diesque  
oculis meis, vir amplissimè: & iure tuo, vt iam affe-  
cta perfecta tibi traderem, flagitare videbaris. Non  
exiguam vim pecuniæ gentilitia liberalitate ad men-  
sas deposueras, paratam in vsus, expensasq; cudendi li-  
bri: res monebat, vt diligentia mea minus prompta  
non esset munificentia tua. Accedebat quod onus  
Ætna grauius imposuerat obseruantia tua singularis  
in me: quo aliqua ex parte qua ratione leuari possem  
alia, non videbam. Vir enim in Mathematicis non  
vulgari cum laude exercitatissimus, tanto in honore  
habuisti semper labores, & libros meos, vt ijs, qui te  
probe, meque norunt penè miraculo possis esse. Si e-  
nim Clauij libros in manibus haberes eo consilio: vt  
amici tui scripta, quod potes, redderes meliora: doctri-  
nam tuam omnes agnoscerent, laudarēt beneuolen-  
tiã; Sed à te tanto viro in Mathematicis partus tenues,  
nec operæ multæ assidua versari manu, hoc illud est,  
quod iure mirari quis possit: hoc non obscurum indi-  
cium, à te mea, quasi egregium, eximiumque aliquid  
sint, existimari. A qua præstantia quantum absim,  
quia video: ideo intelligo maximum esse studium in-  
me tuum: à quo si præter meritum honestor, pro me-  
rito certe ita obstringor, vt quæ maxima est viribus  
meis grati animi testificatio, minima sit pro benefi-  
cio tuo. Hanc tamen qualemcunque gratæ mentis in  
te significationē extare quam primum volebam, cum  
præsertim ad has rationes accessio fieret aliarum, quæ  
apud optimum quemq; plurimum semper valere cō-  
sueue-